



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

XLIX. Vt ea quae quis in ecclesiastico positus grau acquisiuit, ecclesiae conferantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

de solis infantibus, qui baptizantur penes eosdem, ne quod suo non fecerunt iudicio, cum ad ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conuersi, parentum illos error impediatur, \* ne prouehantur sacri altaris ministri. Quibus insertis, Honoratus & Vrbanus episcopi legati prouinciæ Mauritaniae Sitiphensis, dixerunt: Iam dudum, cum apud sanctitatem vestram allegarem scripta, dilati sumus, ea contemplatione, quod fratres nostri aduenire possent de Numidia legati: sed quia non pauci dies sunt, quibus expectati, minime uenerunt, ultra prætermittere quæ nobis mandata sunt a nostris coepiscopis, non oportet: atque ideo, fratres, suggestionem nostram libenter admittite. De fide enim Nicæni tractatus audiuius. Verum & de sacrificiis inhibendis post prandium, ut a ieiunis, sicut dignum est, offerantur, & tunc & nunc confirmatum est.

## XLIX.

11. quæst. 3.  
Placuit ut  
episcopi.

<sup>a</sup> Placuit, ut episcopi, presbyteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore episcopatus vel clericatus sui, agros vel quæcumque prædia nomine suo comparant, tamquam rerum dominicarum inuasionis crimine teneantur obnoxii, nisi admoniti, ecclesiae eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alicuius, vel successione cognationis obuenerit, faciant inde quod eorum proposito congruit. Quod si a suo proposito retrorsum exorbitauerint, honore ecclesiastico indigni, tamquam reprobi, iudicentur.